



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **R. P. Lvdovici De Ponte, Societatis Iesv, Meditationvm De Praecipvis Fidei Nostrae Mysteriis**

Vitae Ac Passionis D. N. Iesv Christi; B.V. Mariae, & aliquorum Sanctorum  
Qvae Historiam Complectitur vniuersæ Paßionis Dominicæ

**Puente, Luis de la**

**Coloniae, 1614**

Med. 10. De tempore, Loco, & Sociis, quos elegit ad eam institutionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54653)

## MEDITATIO X.

*DE LOCO, TEMPORE, AC  
societate quam elegit Christus ad  
sanctissimi huius Sacramen-  
ti institutionem.*

## PUNCTVM I.



**C**ONSIDERANDAE imprimis sunt causae, cur Christus Dominus sanctissimum hoc sacramentum, instituerit in nocte suae passionis, & pridie quam pateretur; cum potuisset eam institutionem differre post suam resurrectionem. Sed PRIMAM causa fuit, ut magnitudinem amoris, quo nos prosequeretur, magis patefaceret: siquidem cum homines in id maxime incurberent, ut horrendis tormentis & ignominiiis, vitam illi adimerent, instituit ipse hoc coeleste conuiuium, ut vitam illis admirandis deliciis & fauoribus pararet, quo multum fruituri erant, qui tunc re ipsa de morte illius inferenda agebant. Quo facto simul nos docebat, quod sicut iniuriae & impiorum persecutiones, non potuerunt eius charitatem extinguere, aut efficere, ne ipse hoc conui-

uo suos electos non indulgenter exciperet,  
 ita nullos labores, contemptus, aut tormen-  
 ta sufficere debere, vt electi eius seruitio ab-  
 stineant, & huic conuiuio se subtrahentes,  
 copiosum eius fructum colligere negligant.  
 Ex quo intelligam, quam rectè dixerit Apo-  
 stolus: *a quis nos separabit à charitate Chri-* a Rom. 8. 55.  
*sti? Tam scilicet ab eius in nos, quàm à no-*  
*stra in ipsum charitate, quis nos separabit?*  
 Num diuortium hoc & separationem, ytrius-  
 que huius charitatis ab iuicem, efficere po-  
 terit tribulatio? *an angustia? an persecutio? an*  
*gladium? certus sum, quia neque mors, neque vi-*  
*ta, neque creatura vlla poterit nos separare à*  
*charitate DEI, quae est in CHRISTO IE-*  
*s u.* O dulcis I E S U, certus sum quod nul-  
 lae persecutiones charitatem tuam extinguet:  
 siquidem in medio earum, tantum perpetui  
 amoris tui nobis pignus dedisti, corpus sci-  
 licet tuum in cibum, & sanguinem in po-  
 tum: propter quam charitatem supplico, a-  
 liam aded mihi accensam concedi, vt perse-  
 cutio nulla sufficiat eam remittere.

II.  
 SECUNDA causa fuit, vt intimum su- S. Thom. 3.  
 um desiderium, nobiscum semper manendi, P. 1. 73. ar. 5.  
 magis nobis aperiret, non solum quò DEVS  
 est, sed etiam quò homo. Ideoque discessu-  
 rus à nobis, quoad corporalem, spectabi-  
 lem & ordinariam suae humanitatis praesen-  
 tiam, decreuit, singulari alio praesentiae mo-  
 do, etiam ordinario ac perpetuo, vsque ad fi-  
 nem mundi, sub speciebus huius sacramenti

nobiscum manere. Et quamuis satis fuisset, paulò ante suam ascensionem in cœlum, illud instituere, potiùs tamen voluit, ante suam passionem id facere; vt in mortali adhuc vita, præclarum hunc modum cum hominibus mortalibus manendi disponeret, pro quorum amore illum adinuenerat; & vt infinita eius charitas, magis emineret; quæ, dum homines, propter inuidiam & rancorem illum è mundo expellere studebant; ipsa stantebat, cum ipsis manere, alio modo piissimo & amoris plenissimo. O dilecte cordis mei, si adeo tecum manere desideras, ego semper tecum esse desidero, præsentem te cernens in omni loco, quæ Deus es; & in hoc SS. Sacramento, quæ es homo. O si liceret continuò in Ecclesia manere quando hoc diuinum mysterium celebratur! & vbi hoc SS. Sacramentum est, vt eius præsentia fruerer! sed cum non possim præstare quod cupo, faciam saltem quod potero, vt quoties corpore & animo ibi esse potero, id faciam; corde verò & affectu semper.

## III.

Luc. 22 19.

TERTIA causa fuit, ne vnquam deesset in mundo sacratissimæ eius passionis memoriale, & aliquod sacrificium, ad placandum & glorificandum Deum. Et quoniam in illa cena & ipsius passione, cessabat Paschalis Agnæ memoriale, & legis antiquæ sacrificia, voluit tunc instituere diuinum hoc sacramentum & sacrificium, vt esset representatio, & memoriale passionis eius, per quod nobis eiusdem

fructu

fructus applicaretur. Et quamuis satis fuisset, illud post resurrectionem instituere, maluit tamen ante suam passionem id facere: quia vehemens amor, plus delectatur praeueniendo tempus beneficiendi, quam post illud, dilecto suo beneficiendo. Ac praeterea ut hac ratione, nos magis adstringeret ad recentiore[m] & teneriore[m] sui memoriam habendam: nam quod parentes morti vicini, filiis commendant, alius solet illorum menti infigi. O Pater amantissime, siquidem tali hora memoriale adde beneuolum passionis & mortistuae mihi reliquisti, *in memoria tenaci memor ero tui*, quamdiu vita superstes erit: & *si oblitus fuero tui, oblivioni detur dextera mea adhaereatque lingua mea faucibus meis si non meminero tui.*

b Thren. 3.  
20.  
c Psal 136. 5.

## PUNCTUM II.

## I.

CONSIDERANDVS hic est locus, quem elegit Christus ad huius sacramenti institutionem & mysterium, quod in eo latet. Elegit enim a *coenaculum grande & fratrum*, quod lubens ad id obtulit quidam Paterfamilias, (cuius nomen non exprimitur) & Christus ipse Dominus id accepit, & ut proprio usus est, ad sua opera mysteriis plena peragenda: nam praeter ea, quae in hac ecena sunt facta, etiam post eius *passionem*, ad illud se receperunt Apostoli, cum beatissima Virgine; ibi etiam post resurrectionem Christus Dominus illis apparuit;

a Mar 14. 15  
Luc. 22. 12. 9.

b Ioan. 20.  
19.

K 4      ibi

*c Act. 1. 13.* ibi *cerant omnes pariter perseverantes vnami-  
 ter in oratione*, vt Spiritus S. aduentum  
*d ca. 2. 3.* expectarent; qui super eos descendit in *die  
 dispersit in linguis, tanquam ignis*, & inde exi-  
 uerunt ad prædicandam legem Euangelicam.  
*c Exod. 12.* Et quamuis hoc coenaculum sit præcipue fi-  
 46. gura Ecclesie Catholice, & sicut *in vna domo  
 iubeatur comedi Agnus Paschalis*, nec permit-  
 tebatur *efferi de carnibus eius foras*, ita in so-  
 la Ecclesia Agnus hic est comedendus, & gra-  
 tiæ ac dona, quæ ab illo procedunt, sunt reci-  
 pienda, & non extra: Refert tamen etiam i-  
 dem coenaculum animam, in quam Christus  
 Dominus ingreditur, & in ea manet, medio  
 hoc diuino sacramento: quam propterea de-  
 cet esse magnam, & coelestium donorum ca-  
 pacem; latam, latitudine charitatis & amoris  
 Dei ac proximi; longam, longanimitate spei  
 & stratum ac ornatum omni genere virtutum  
 quæ sunt aule domus, in qua Deus habitat:  
 nam vt cœlum stellis, ita anima virtutibus  
 exornata esse debet. O Deus æterne, siquidem  
 ad pauperem meam animam dignaris venire,  
 aspice, quàm ex se ipsa sit habitatio angusta,  
 breuis, & sine vllis ornamentis: tu eam, Domi-  
*psal. 143.* ne donis tuis exalta, charitate & fiducia dilata,  
 tuisque virtutibus exorna *f inclina Domi-  
 ne stellatos istos cœlos tuos & imprime in ani-  
 ma mea viam eorum figuram*, vt digna fiat  
 habitatio tua, Amen.

MYSTERIVM duorum discipulorum,  
 qui ad procurandum hoc coenaculum venerunt.

adren

ad rem quidem presentem facit; sed de eo Meditatione septima est dictum.

DEINDE perpendendum est, quanti faciat Christus Dominus, bonam & promptam voluntatem ipsum recipiendi, nihil interim curans huiusmodi excellentias, aut opulentias: & ideo noluit huius hominis exprimi nomen, qui suum Coenaculum libenter & promptè obtulit: significans se non in hoc hærere, num diues ille sit, an pauper, nobilis aut plebeius, eruditus an ignarus, qui sit ipsum in anima sua recepturus: sed id solùm se quærere, ut bona & pia voluntate, à Deo inspirata, ipso verò homine consentiente, promptè offerat, quod habet.

II.

DENIQUE, quando hic Dominus ingreditur animam, quæ dignè illum recipit, illam ipse in propriam suam accipiens, facit eam domum orationis, reuelat illi sua mysteria, Spiritus sancti dona communicat, effecitque, ut ad ipsius magnalia promulganda exeat, & suos etiam proximos iuuet. O felicem illum, qui eò peruenit, ut sit coenaculum Christi, in quo ille sibi complaceat, in quo resideat, & sua mysteria operetur! Veni Domine in hoc coenaculum cordis mei, illudque in tuum accipe: quia ex nunc non volo amplius esse meum.

III.

## PUNCTVM III.

CONSIDERANDVM hic, quam hominum societatem Christus elegerit, in quorum

K 5 præ-

3. Part. q. 81.  
a. 2.

a 1. Cor. II.  
27.

præsentia hoc sacramentum institueret, quos etiam eius fecit participes, qui fuerunt ipsi Apostoli; inter quos certius creditur (teste S. Thoma) fuisse iudam, qui necdum è cœnaculo exiuerat; ac perpendendum, quantum esset discrimen inter reliquos undecim, & hunc proditorem: nam illi corpore & spiritu aderant, attentè ac reuerenter attendentes ad ea, quæ CHRISTVS Dominus noster faciebat, illumque cibum maxima deuotione accipientes, discernebant à reliquis cibis. at ludas solo corpore præsens erat, nam spiritu potius erat in suis impijs cogitationibus. Quare nec attendebat, nec intelligebat, quæ Christus faceret; ideoque panem illum vitæ, ita accepit de manu Christi, vt à communi & vulgari pane non discerneret. Quare non modo ex eo fructum non accepit, sed potius illi attulit magnum detrimentum: nam in eade exitum vt suum Magistrum traderet, exitumque habuit infelicem. In quo propterea locum habuit quod Apostolus dixit: *a Quicumque manducauerit panem hunc, vel biberit calicem Domini indignè reus erit corporis & sanguinis Domini, atque si suis iterum hostibus illum traderet. Et addit Apostolus, ideo multi sunt infirmi, & imbecilles, & dormiunt infeliciter multi.* Quare ne tanta iniuria venerando ad eum corpori inferatur, conandum mihi est huic conuiuio adesse sicut Apostoli, corpore scilicet & spiritu, attentione, reuerentia & deuotione, attentè obseruando, quæ Christus Do-

minu



minus pro me facit, & quod ego sim facturus, quando illum recipio, retrahendo cor meum non solum à rebus malis, sed etiam diuersis negotijs *b attendens* (vt ait Sapiens) *diligenter, qua ante faciem meam in hac mensa proponantur.* *b Prou. 23. 1.*

MEDITATIO XI.

DE ADMIRANDA PANIS  
in corpus Christi conuersione, &  
quomodo ipse & Apostoli  
communica-  
rint.

PUNCTVM I.



RIMVM considerandum, quòd CHRISTVS Dominus noster ad mensam sedens, & a cœnantibus illis, *a Matt. 26. 26.* accepit panem vnum ex ijs, qui erant ad mensam, & benedixit, dicens hæc verba: *Marc 14. 22. Luc 22. 18. 1. Cor. 11. 24.*

accipite & comedite : HOC EST CORPVS MEVM : quorum verborum virtute, ita omnino mutauit panem in Sanctissimum corpus suum, vt quod initio ipsorum verborum verus erat panis, in momento, quo illa sunt finita, fuerit conuersus in verum eius corpus, coope-